



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Notæ In Notas Willelmi Wendrockii Ad Ludovici Montaltii  
Litteras, Et In Disquisitiones Pauli Irenæi Inustæ**

**Fabri, Honoré**

**Coloniæ, 1659**

§. I. Ejus falsitas ex S. Thoma demonstratur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39536**

Jansenistas Jesuitis doctiores esse, aut magis pios, quibus scilicet in sententiis probabilibus definie-  
dis, majorem populus fidem habere debeat? Id tibi  
forte arrogas. Agedum, doctiores illos, ut produ-  
cas, velim. Appellabis statim Jansenium, Sancygira-  
num, Arnaldum, auctores scilicet à S. Sede damna-  
tos: Jesuitæ mille præstantiores pro tribus illis  
adducent.

S E C T I O   I I.

De I. Probabilistarum axiomate.

*Probabilem omnem opinionem etiam falsam,  
& Legi Divinæ contrarium, à peccato  
coram Deo excusare.*

§. I.

*Ejus falsitas ex S. Thoma demonstratur.*

UT probes auctoritate Doctoris Angelici, erro-  
neum illud axioma Parochorum Parisiensium,  
scilicet opinionem probabilem falsam in jure natura-  
li neminem peccato penitū eximere; primum lo-  
cum adducis, ex quodlib. 8. art. 13. sed perperam  
omnino: \* si enim aliquis adhibet diligentiam, inquirens, an  
habere plures præbendas sit licitum, nec invenit aliquid, quod  
ipsum moveat, ad hoc, quod sit illicitum, ergo videtur, quod  
sine peccato plures possit præbendas habere. At fieri potest,  
ut sit contra legem divinam, habere plures præben-  
das: igitur non peccabit, licet per ignorantiam con-  
tra legem divinam faciat: igitur peccat, quando hæc  
ignorantia est crassa, affectata, cum dubio conjun-

\* Pag. 76. & 77.

D      \*      Etia: